



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. XXX. Appendix ex Actis Apostolorum, continens ascensum Domini
Jesu, & descensum Spiritus sancti in discipulos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

EPITO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXIV.
IOAN. 21

Deum. Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus: quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

Hanc Epitomen Vitae Christi in compendium longè brevius redegit Blofius in Articulis xxvi. quos sub finem hujus Margariti Spiritualis pius Lector inveniet.

CAPIT XXX.

APPENDIX EX
ACTIS APOSTOLO-
RUM.

Continens ascensum Domini IESU
in caelum, & descensum Spiritus
sancti in discipulos.

1. Christus per quadraginta dies post resurrectionem apparet discipulis, docetq; eos, quae sunt de regno Dei.
2. Ascensio Christi: post quam Apostoli manent in Ierusalem.
3. Eligitur sortibus Matthias loco Iudae proditoris in Apostolum.
4. Adventus Spiritus sancti: Concio prima Petri, & conversio multorum ad fidem.

1.
Act. 1.
Conver-
satur Ie-
su cum
suis 40.
dies post
resurre-
ctionem.

JESUS praebuit discipulis suis seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et convivens, praecipis eis, ab Ierolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris: Quam audistis (inquit) per os meum: quia Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies. Igitur qui convenerant, interrogabant eum dicentes: Domine, hi in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora

Colloquia
de futu-
ro regno
Dei.

vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate; sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudaea, & Samaria, & usque ad ultimum terrae.

Et cum haec dixisset, videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in caelum euntem illum, ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilaei, quid statis aspicientes in caelum? hic Iesus, qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Tunc reversi sunt Ierolymam a monte qui vocatur Oliveti, qui est juxta Ierusalem, sabbati habens iter. Et cum introissent, in coenaculum ascenderunt ubi manebant Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomaeus & Matthaeus, Iacobus Alphaei, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi: hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus ejus.

In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit, (erat autem turba hominum simul ferè centum viginti.) Viri fratres, oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Iesus, incipiens a baptismo Joannis usque in diem qua

2.
Ascensio
Christi
in caelum

3.
Piscus in
caelorum

Manent
Apostoli
in oratione

3.
Matthias
eligitur
Apostolus
loco Iudae
proditoris

MARGARITUM SPIRITUALE. 79

SPITO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXIV.

qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur Barfabas, qui cognominatus est Justus, & Matthiam. Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nostri omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii hujus & Apostolatus, de quo prævaricatus est Judas, ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit fors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis.

4.
Act. 2.
Spiritus
sanctus
in ignem
descen-
dit lin-
guam.

Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de caelo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis, & replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Jerusalem habitantes Judæi, viri Religiosi ex omni natione quæ sub caelo est. Facta autem hac voce, convenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur dicentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? & quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi,

Super
inde mul-
tudo In-
dorum.

& Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Judæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ quæ est circa Cyrenem, & advenæ Romani, Judæi quoque, & Profelyti, Cretes, & Arabes; audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Stupebant autem omnes, & mirabantur, ad invicem dicentes: quidnam vult hoc esse? Alii autem irridentes, dicebant: Musto pleni sunt isti. Stans autem Petrus cum undecim, levavit vocem suam, & locutus est eis: Viri Judæi, & qui habitatis Jerusalem universi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Nō enim, sicut vos aestimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est, quod dictum est per Prophetam Joël: Et erit in novissimis diebus, (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ, & juvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super servos meos, & super ancillas meas, in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt: & dabo prodigia in caelo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinē, & ignem, & vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinē, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus. Et erit, omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit.

Concis
prima Pe-
tri ad Co-
los.

Joël 2.
Propheta
de ca-
piofa gen-
tilium
conver-
sione.

HLU-